



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

Bruno, Vincenzo

Coloniæ Agrippinæ, 1598

VD16 B 8664

De Confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

DE CONFESSIONE.

Facturus autem Confessionem, considera, quoties vadis ad accipendum hoc Sacramentum, toties ire ad lauandum te sanguine Christi, cuius virtus operatur in Sacramentis. Propterea vide quanta reuerentia, & gratiarum actione conferre te debeas ad accipendam medicinam, quæ tanti constituit ei, qui eam fecit.

Deinde in ipsa Confessione tria potissimum obseruabis.

Primo facies confessionem integrum omnium peccatorum, quorum recordari poteris, & quæ conscientiam maximè vrgent, explicando simul eorum speciem, numerum, & circumstantias necessarias, quantum fieri potest.

SECUNDО claritatem & perspicuitatem in confitendo amabis, quæ oriatur ex viuo desiderio omnia accuratè manifestandi, ut à Patre Spirituali eo melius possis adiuuari & dirigi, nam, ut dicit Scriptura, *Qui abscondit scelera non dirigetur.* Et ideo sincerè confiteri debes peccata tua, non celando, nec excusando, nec extenuando rem ullam, non vtendo verbis super-

Prov. 28.

62 DE SACRAMENTO

superfluis nec recēsendo historias quę
nō faciunt ad propositum, multo mi-
nus autem aperiendo peccata aliorū,
sed accusando tantum te ipsum.

TERTIO accedere debes ad Confes-
sionem, paratus non solum ad susci-
piendam pænitentiam, & implendam
satisfactionem, quæ à Sacerdote im-
ponitur: verum etiam ad accipienda
omnia consilia & remedia, quæ pro
tuis peccatis, & pro maiori bono tuo
Spirituali ab eodē tibi dabuntur. Fru-
stra enim infirmus suos morbos ape-
ririēt medico: si postea nollet accepta-
re remedia, nec exequi ordinem & le-
ges, ab illo præscriptas.

DE PROPOSITO ET ME-
dījs Emendationis.

FACTA confessione, tria alia obseruan-
da sunt. Primum est. Statim exequi
pœnitentiam à Sacerdote iniunctam,
renouando propositum abstinenti à
peccatis confessis, & omnibus alijs,
ac cauendi occasioneſ dictorum pec-
catorum.

Secundum est. Media aliqua arripere,
quæ te ad tui emendationem iuuare
possint, obseruando præcipue deſe-
ctus